# Heves Megyei Levéltár

# Nemességigazolások

# IV-1/a/67 1714-1715. pag.

# 1805

nato Joanne Roth de Királyfalva, et agilem Anto-
nium Maximykovics alias Papp. qua tamen Excel-
lentissimi Domini Supremi Comitis Petri Balogh de
Ócsa Spanos Etsedienses velut II. coram se Anno 1805
9a May Suscitatum, et amicabiliter inter Partes con-
sopitum. Qui pro futura Concernen-
tium Partium Securitate ad Archivum repositus
fuerat. Retulerunt Dominus Ordi-
narius Judlium Ignatius Gosztonyi, et adjurassor Jo-
annes Demkó acta Sedis Dominalis in merito
Instantiae Josephi Lúzer Incolae Gyöngyösiensis ex par-
te Celsissimi Majoratus Principis Eszterhaziani ce-
lebrato interventa, et per antelatum Instantem
ad Sedriam appellata. Quae interea etiam usque
dum in revisionem assumpta fuerint, ad Archi-
vum reponentur. Non absimiliter retulle-
runt, Dominus Substitutus Vice Comes Josephus
Almássy, et adjunctus Judlium, ac Jurassor Proces-
sum Violentialem Generosi Domini Ladislai Kepes-
sy de Négyess contra Egregium Carolum Pende,
et agilem Georgium Pratsok velut I. Anno 1805
die 9a May coram se Suscitatum, atque amica-
biliter inter Partes terminatum. Qui perinde Archivo gre-
miali illatus fuerat. Authenticati item fuerant
Testes in puncto Legitimandae Donatariae Nobili-
tatis Hominum Familiae Hegedüs in gremiali Pos-
sessione Szajol residentium per Dominum Vice Jud-
lium Franciscum Goth, et Ordinarium Jurassorem Be-
nedictum Pota praevie collateraliter examinati.
Cujusmodi Authentica Inqui-
sitio pro parte antelatorum Familiae Hegedüs Ho-
minum sub authentico expedienda resolvitur.

Die

1749.
p.



Die 12ª Mensis Sep=
tembris sub praesidio Domini Substituti Vice
Comitis Josephi Almásy continuata Sedes Judi=
ciaria; sub qua:

Revisa sunt Acta Sedis
Dominalis in merito Instantiae Pauli Schultz
emeriti Militis, et actu Incolae Gyöngyösiensis Do„
mum paternam per Matrem suam Annam Hill,
et Vitricum suum Anno 1790º divenditam sibi re=
tinendam ordinarii Supplicantis ex parte Mag=
nifici Domini Comitis Georgii Berényi celebrato
interventu, et per Instantem ad Sedriam fine
maturioris Revisionis appellata.

Cujusmodi Sedis Domi„
nalis Acta, ex eo, quod ex illis haud appareat,
quae, et quanta cujusve valoris post fata Anto„
nii Schultz Substantia per Matrem Instantis
Annam Hill, ad secunda vota transeuntem cum
vitrico suo Ignatio Fetlere subinde cum mani„
festa orphanorum injuria dilapidata remanse„
rit, nimirve attacta Anna Hill juxa Conquisitio„
nis gavisa ac etiam protensa debita realia fu„
erint, sique depurationem horumce paternorum
debitorum taliter abalienata Substantia Schultzi„
ana conversa extiterit, proinde nec illud e„
venit, cujusnam aetatis orphani, Paulus et Mar„
tinus Schultz occasione facto praeter condig=
num valorem Domus, ac reliquae Substantiae pa„
terno divenditionis fuerint, hinc fine uberio„
ris relate ad praemissa elucubrandorum elucub=
rationis supplendorumque suppletionis ad ean=
dem Sedem Dominalem, velut de legali Munere
suo coeteroquin securitati, et indemnitati orpha„
nalis jurisdictionatorum suorum Substantiarum om„
nimode prospicere obligatam atque idcirco respon„
sionis quoque oneri eatenus obnoxiam remissa fu„
erunt